UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

pignor.& in l.fina.C.de iure domi.impetra.tex.& ibi glo.in l.creditor hypothecas.C.de diſtractio.pigno, De iure regio eſt text, in d.l.11.& 42.ſupra allegatis.

Hanc regulam ponit notab.Anto.de Fano in tracta.de pignori.in j.memb.6.par.nu.1.vbi vſque ad nu.15.eam declarat,& a nu,15.vſque ad nu.33.ampliat x.modis,& limitat totidem modis.

REGVLA CLXVII.

Creditori datur retentio pignoris, ſi non eſt ſatisfactus a debitore pro vtroque debito,ſcilicet hypothecario & chirographario. Hanc regulam probat text.in l.vnica.C. ob chirographa.pecuni.pignus retine.poſ.& ibi Docto. Et regia.l.22.titu.13.par.5.

Hanc regulam amplia 9.modis,& limita 4.modis, vt per Anto. Neguſantium in tracta.de pigno,in 3.memb.5.partis.nu.46.vſque ad nu.51.

REGVLA CLXVIII.

Creditor prior prefertur poſteriori. Hanc regulam probat text.in l.qui balneum,& in l.potior. ff. qui potio. in pigno. habean. & in l.quoties vtriuſque. ff. de regu. iur. qui prior. de regul. iur.lib.6. & ibi Din.Regia.l.5.& l.17.tit.20.lib.3.fori.& l.27. & 29.tit.13.parti.5. Circa quam regulam vide Catelli. Cottam in Memora.iuris,in verbo,creditor.el 7.Cepo.in cautela 124.vbi eam aliquibus modis.

Hanc regulam amplia tredecim modis, & limita vigintiquinque modis,vt per Fran.de Ripa.in l.priuilegia.a num.3.vſque ad num.50.ff.de priuile.credito. Eandem reg.vbi eam ampliat 20.modis, atque etiam limitat totidem modis,ponit Anto.Neguſantius in tracta.de pign.in 2.memb.5.par.a nu.1. vſque ad nu.31. Eandem regulã,vbi eam ampliat 21.modis,& limitat 25.modis,& notabiliter tract.materiam.& 13.effectus quos operatur prioritas temporis, ponit Chaſſa,in Catalo.glorię mũdi,in 12.par.conſide.99.per totam.

REGVLA CLXIX.

Creditor vendens pignus non tenetur de euictione. Hanc regulam proba tex.& ibi glo.& Bar.in l.periculum. ff. de pignori. & in l.j.& ij.C.credito.euictio.pig non debe.

1 Amplia primo,non ſolum habere locum in creditore priuato,verum etiam in fiſco,quia in hoc fiſcus vtitur iure priuati.vt in l.j. C. credito.euictio.pigno.non debe.

2 Amplia ſecundo, non ſolum ſi creditor vendat pignus conſiſtẽs in corpore,ſed etiam ſi vendat nomen creditoris hypothecatum.Vt eſt text.in d.l.periculum.

Limita

1 Limita primo, quando creditor vendidit pignus non iuri credito-
ris, ſed iure dominij & vt dominus: & idem ſi ſimpliciter vendidit,
quia intelligitur vendidiſſe in dubio vt dominus, & non vt creditor,
nam iſto caſu creditor tenetur de euictione. Ita tenet Salice.in d.
l.j.in fi.verſ.nunc quia caſus, vbi dicit, ita tenere alios docto. mouē-
tur per tex.in l.j.§.j.ff.ſi ager vectig. vel empby. peta. idem tenet
Salic.in l.reſcriptum in.§.j.ff.de dictio.pign.

2 Limita ſecundo, quando creditor vendidit & promiſit de euictio-
ne, quia tunc tenebitur creditor vti promiſit. Vt eſt tex.d.l.j.ibi, niſi
nominatim hoc repromiſſum a priuato fuerit &c. & ibi glo. in ver.
creditorem. quam ſequuntur ibi Docto. præcipue Salice.in j.notab.
idem probatur in l.ij.eod.tit.

3 Limita tertio, quando ille qui vendidit tanquam creditor non do-
ceret ſe eſſe creditorem, & rem venditam eſſe ſibi obligatam, tunc
enim non obſtante ꝙ vendiderit, tanquam creditor tenetur de eui-
ctione quæ poſtea ſequeretur. Ita probat text.in d.l.j.in princ.ibi
prædium obligatum. & ibi glo.fi. vult, ꝙ creditor qui vendit pignus
debeat quatuor præſtare, et primum eſt illud quod continetur in hac
limitatione, & cum glo. tranſeunt ibi Bar. Bal. Salic. & alij doct. idē
Salice.in l.reſcriptum.in.§.j.ff.de diſtract.pigno.

4 Fallit quarto, quando creditor qui vendidit doceret ſe creditorē
& illam rem eſſe ſibi obligatam, tamen non doceret ſe in dicto pi-
gnore ſeu hypotheca eſſe potiorem omnibus aliis creditoribus, tūc
enim ſi alius creditor potior euinceret ab emptore, ille creditor qui
vendidit teneretur de euictione. Tex.eſt in d.l.j.in fi.ibi, potiorem
ſe cæteris eſſe creditoribus. & ita notabiliter tenet glo.fi.ibi, quam
ſequuntur ibi docto. Quod tamen declara vt per Salice.in d.l.j.

5 Limita quinto, quando creditor habens rem obligatam, & ven-
dens ſciret illam non eſſe debitoris qui obligauit, ſed eſſe alienam,
tunc enim illam vendens cum ſciat eam eſſe alienam, eſt in dolo, &
ideo domino euincente tenebitur de euictione. Vt in d.l.2.C.credi-
to.euictio.pigno.non debe. & notat gl.fi.in d.l.j.quam ſequuntur ibi
Bald. & Salic.

6 Limita ſexto. quando creditor ſciebat ſibi non licere vendere, ne-
que ex pacto, nec ex diſpoſitione legis, & tamen vendidit, quia iſto
creditor tanquam doloſus tenebitur de euictione. Ita tenet glo.fi.ua,
in d.l.j.& ibi Salice.poſt Bal.

REGVLA CLXX.

Creditor conſentiendo pignus vendi per debitorem, cen-
ſetur remittere ius ſui pignoris. Quam regulam probat tex.in l.ſi de-
bitor.in.§.j.ff.quibus modis pignus vel hypo.ſolui. & in l.ſicut.in
§.ſi voluntate. & in l.ſi probaueris. & in l.cum te.C.de remiſſio.pi-
gno, & in l.creditor. & ibi doct.ff.de reg.iur.

Hanc regulam amplia 11, modis, & limita 12. modis, vt per An-
de